Concede nos famulos tuos quesumus dne deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia et eterna perfrui leticia. Ecclesiam tuam qs dne.

Deus Ad sextam.

in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio. ymnus.

Veni creator spus mentes tuorum visita imple superna gra que tu creasti pectora

Memento ſalutis auctor
Maria mater gratie.
Gloria tibi domine. a̅ poſt
Ad te leuaui oculos me
os qui habitas ī celis
Ecce ſicut oculi ſeruorum
in manibus dn̄orum ſuor
Sicut oculi ancille in ma
nibus domine ſue ita ocu
li noſtri ad dn̄m̄ deū nr̄m̄
donec miſereatur noſtri.
Miſerere noſtri dn̄e miſe
rere noſtri quia multum
repleti ſumus deſpectione
Quia multum repleta
eſt anima noſtra obpro
brium habundantibus.

deſpectio ſuperbis. psalmus

Niſi quia dominus erat
in nobis dicat nunc
iſrael niſi quia dñs erat ī
nobis.

Cum exurgerent hōies ī
nos forte viuos deglutiſſent
nos. Cum iraſceretur furor
eorum in nos forſitam aq̃
abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertranſiuit aīa
noſtra forſitam pertranſiſſet
anima noſtra aquam intol
lerabilem.

Benedictus dominus qui
non dedit nos in captione den
tibus eorum.

Anima nostra sicut passer
erepta est de laqueo venanciũ
Laqueus contrictus est et
nos liberati sumus.
Adiutorium nrm̃ in noĩe
domini qui fecit celũ et terrã.
Qui confidunt in dnõ
sicut mons syon non
commouebitur in eternum
qui habitat in iherusalem
Montes in circuitu eius et
dominus in circuitu populi
sui ex hoc nũc et usqȝ ĩ sclm̃
Quia non relinquet dns
uirgam peccatorum sup sorte
iustorum ut non extendant
iusti ad iniquitatẽ man⁹ suas

Benefac domine bonis et rec
tis corde
Declinantes autem in obli
gationes adducet dominus
cum operantibus iniquitate
pax super israel
Gloria patri. añ Post partu
virgo inviolata permansisti dei
genitrix intercede pro nobis. cap.
Gaude maria virgo cun
ctas hereses sola interre
misti in universo mundo Deo
gratias V Adiuvabit eā de⁹ vultu
suo. R Deus in medio eius non
commovebitur. Adiuvabit eam
Gloria patri Adiuvabit V. Ele
git eam deus et pre elegit eam R

Habitare eam facit in taberna
culo suo. Oremus. Oratio.
Mentes nostras quesumus
domine spiritus sanctus
paraclitus qui a te procedit il
luminet et inducat in omnem sic
ut tuus promisit filius veritatem.
Concede misericors deus
fragilitatis nostre presi
dium ut qui sancte dei geni
tricis et virginis marie me
moriam agimus intercessio
nis eius auxilio a nostris
iniquitatibus resurgamus.
Ecclesiam tuam quesu
mus domine benignus
illustra ut s. Ad nonam.

Deus in adiuto
rium meum
intende.
Domine ad
adiuuandum me festina.
Gloria patri et filio. ymn[us]
Veni creator sp[iritu]s mentes
tuor[um] visita imple supna
gr[ati]a que tu creasti pectora.
Memento salutis auctor
Maria mater gratie. a[ntiphona] Sic p[s]
In conuertendo d[omi]n[u]s cap
tiuitatem syon facti
sumus sicut consolati
Tunc repletum est gaudio
os nostrum et lingua nostra
in exultacione

Tunc dicent inter gentes:
magnificavit dominus fa
cere cum eis

Magnificavit dn̄s facere no
biscum facti sumus letantes

Converte domine capti
vitatem nostrā sicut torrens
in austro

Qui seminant in lacrimis
in exultatione metent

Euntes ibant et flebant mit
tentes semina sua

Venientes autem venient
cum exultacione portantes
manipulos suos. psalmus.

Nisi dominus edificave
rit domum in vanum

laborauerunt qui edificant eam
Nisi dominus custodierit
ciuitatem frustra vigilat qui
custodit eam
Vanum est uobis ante lucem
surgere surgite postquam sederitis
qui manducatis panem doloris
Cum dederit dilectis suis sompnum ecce hereditas domini filii merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potentis
ita filii excussorum
Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis non
confundetur cum loquetur
inimicis suis in porta
Gloria patri. Psalmus dd

Beati omnes qui timent
dominū qui ambulant
in uiis eius.
Labores manuum tuarꝫ
quia manducabis beatus es
et bene tibi erit
Uxor tua sicut uitis habū
dans in lateribꝫ domus tue
Filij tui sicut nouelle oli
uarum i circuitu mēse tue
Ecce sic bñdicetur homo qui
timet dominum
Benedicat tibi dominus
ex syon et uideas bona ihrlm̄
omnibꝫ diebus uite tue
Et uideas filiorum tuorꝫ
pacem super israel.

Gloria patri. a̅ Sicut lilium
inter ſpinas ſic amica mea inter
filias. Capitulum
Uere dei genitrix eſt
nobis vita perdita data que
de celo ſuſcepiſti prolem et mu̅
do genuiſti ſaluatorem Deo
gras. V Elegit eam deus et pre
elegit eam. R Habitare eam fa
cit in tabernaculo ſuo Elegit
Gloria patri. Elegit V Poſt p̄
tum virgo inuiolata p̄ manſi
ſti R Dei genitrix intercede pro
nobis Oremus. Or.
Mentibus noſtris que
ſumus domine ſpm̅ ſanctu̅
benignus infunde cuius ſapi

entia conditi sumus et proui
dentia gubernamur. Oratio
Protege domine famulos
tuos subsidiys pacis et
beate marie patrocinius confi
dentes a cunctis hostibus nos
redde securos. Oratio.
Ecclesiam tuam qs. Ad vs.
Deus in adiuto
rium meum intende
Domine ad
adiuuandum.
Gloria patri et filio. an̄ Bta.
Letatus sum in hys que
dicta sunt michi in do
mum domini ibimus
Stantes erant pedes nostri in

atrijs tuis ihr̄lm̄

Ihr̄lm̄ que edificatur ut
ciuitas cuius participatio
eius in idipsum

Illuc enim ascenderunt tri
bus tribus domini testimoni
um isrl' ad confitendum no̅i
domini

Quia illic sederunt sedes in
iudicio sedes super domū dauid

Rogate que ad pacem sunt
ihr̄lm̄ et habūdātia diligētib; te

Fiat pax in uirtute tua et ha
bundantia in turrib; tuis.

Propter fr̄es meos et proxi
mos meos loquebar pac̄e de te

Propter domum domini

dei nostri quesiui bona tibi.
Ad te leuaui oculos meos
qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi seruorum
in manibȝ dominorū suorȝ
Sicut oculi ancile ĩ manu
bȝ domine sue ita oculi nostri
ad dominum deum nostrū
donec misereatur nostri
Miserere nr̃i dñe miserere nr̃i
qȝ multū repleti sum⁹ despectiõe
Quia multum repleta est
aĩa nr̃a obprobrium habū
dantibus et despectio supbis
Gloria patri. Psalmus.
Nisi quia dominus erat
in nobis dicat nunc

israel nisi quia dominus erat in nobis
Cum exurgerent homines in nos forte vivos deglutissent nos
Cum irasceretur furor eorum in nos forsitam aqua ab sorbuisset nos.
Torrentem pertransivit anima nostra forsitam pertransisset anima nostra aquam intollerabilem.
Benedictus dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum
Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venancium.
Laqueus contritus est et nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in nomine

dnī qui fecit celum et terram

Qui confidunt in domino
sicut mons syon non co
mouebitur in eternum qui ha
bitat in ihrlm̄

Montes in circuitu eius et
dominus ī circuitu populi sui
ex hoc nunc et usqꝫ ī sclm̄

Quia nō relinquet dominꝰ
virgam pctōrum super sorte
iustorum ut nō extendent iu
sti ad iniquitatē manus suas

Benefac domine bonis et
rectis corde

Declinantes autē ī obligati
ones adducet dn̄s cum opera
tibus iniquitatē pax sup israel.

In conuertendo dñs capti
uitatem ſyon facti ſumus
ſicut conſolati
Tunc repletum eſt gaudio
os noſtrum et lingua noſtra
in exultatione
Tunc dicent inter gentes ma
gnificauit dñs facere cũ eis.
Magnificauit dñs facere no
biſcum facti ſumus letentes
Conuertere domine captiui
tatem noſtram ſic̃ torrẽs ĩ auſtro
Qui ſeminant in lacrimis
in exultatione metent
Euntes ibant et flebant mit
tentes ſemina ſua
Venientes autem venient cũ

exultatione portantes mani
pulos suos. an. Beata me dicet
omnes generationes quia ancilla
humilem respexit deus capitul'
Beata es virgo maria
que dominū portasti
creatorem mundi genuisti
qui te fecit et in eternum p
manes virgo Deo gras. ym
Ave maris stella dei m
alma atqz semper vir
go felix celi porta
Sumens illud ave gabrie
lis ore funda nos in pace mu
tans nomen eve
Solve vincla reis profer
lumen cecis mala nostra pel

le bona cuncta posce
Monstra te esse matrem su
mat per te preces qui pro nobis
natus tulit esse tuus
Virgo singularis inter omnis
mitis nos culpis solutos mit
tes fac et castos
Vitam presta puram iter
para tutum ut videntes ihm
semper colletemur
Sit laus deo patri summo
xpo decus spiritui sancto tri
nus honor unus amen ℣
Post partum virgo ĩuiolata
pmansisti ℟ Dei genitrix iter
cede pro nobis. aña. Scta. ps
Magnificat anima mea

dominum
Et exaltauit spiritus meus in
deo salutari meo
Quia respexit humilitatem an
cille sue ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes
Quia fecit michi magna
qui potens est et sanctum no
men eius
Et misericordia eius a progenie in
progenies timentibus eum
Fecit potenciam in brachio
suo dispersit superbos mente
cordis sui
Deposuit potentes de sede et
exaltauit humiles
Esurientes impleuit bonis

et diuites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suũ
recordatus misericordie sue
Sicut loquutus est ad pr̄es
nostros abraham et semini eiꝰ
in secula. ã. Sancta maria suc
curre miseris iuua pusillanimes
refoue flebiles ora pro populo ĩ
teruenj pro clero intercede pro de
uoto femineo sexu. Oratio.
Deus qui corda fidelũ
sancti spũs illustratio
ne docuisti da nobis in eodem
spiritu recta sapere et de eius
semper consolatiõe gaudere
Deus qui salutis eterne
beate marie virginita

te fecunda humano generi
premia prestitisti tribue qs
ut ipsam pro nobis intercede
re senciamus p quam meru
imus auctorem vite suscipere
Ecclesiam tuam qs. Ad co.

Converte nos de
us salutaris nr
Et averte ira
tuam a nobis.
Deus in adiutorium.
Domine ad adiuvandu.
Gloria patri. a. Sancta ps
Usquequo domine oblivis
ceris me in finem usq
quo avertis faciem tuam
a me.

Quam diu ponam consi
lia in anima mea dolorem i
corde meo per diem
Usque quo exaltabitur inimi
cus meus super me respice et ex
audi me domine deus meus
Illumina oculos meos ne
umquam obdormiam in morte
nequando dicat inimicus meus
prevalui adversus eum
Qui tribulant me exulta
bunt si motus fuero ego autem
in misericordia tua speravi
Exultabit cor meum in sa
lutari tuo cantabo domino
qui bona tribuit michi et
psallam nomini domini

altiſſimi. Pſalmus david

Iudica me deus et diſcer
ne cauſam meam de gē
te non ſancta ab homine in
iquo et doloſo erue me.

Quia tu es deus fortitudo
mea quare me repuliſti et qr
triſtis incedo affligit me in
imicus.

Emitte lucem tuam et veri
tatem tuam ipſa me deduxert
et adduxerunt in montem
ſanctum tuum et in taberna
cula tua.

Et introibo ad altare dei
ad deum qui letificat iuuē
tutem meam.

Confitebor tibi in cythara
deus meus quare tristis es aĩa
mea et quare conturbas me
Spera in deo qm̃ adhuc con
fitebor illi salutare vultus
mei et deus meus. psalmus.
Sepe expugnaverunt
me a iuventute mea
dicat nunc israel
Sepe expugnaverunt me a
iuventute mea etenim non
potuerunt michi
Supra dorsum meum fa
bricaverunt peccatores prolon
gaverunt iniquitatem suã
Dominus iustus concidet
cervices peccatorum confrin

dantur et conuertantur retror
sum omnis qui oderunt syon.
Fiant sicut fenum tectorum
quod priusq̃ euellatur exaruit
De quo nõ impleuit manū
suam qui metet et sinum
suum qui manipulos colli
get. Et non dixerunt qui p
teribant. benedictio domini
super vos benediximus vo
bis in nomine domini ps
Domine non est exalta
tum cor meum neq;
elati sunt oculi mei.
Neq; ambulaui in magnis
neq; in mirabilib; sup me.
Si non humiliter sentie

liam. ſed exaltaui aīaȝ meā
Sicut ablactatus eſt ſuper
matre ſua ita retributio in
anima mea
Speret iſrael in domino ex
hoc nunc et uſqȝ in ſeculum.
Gloria patri. a̅ Sancta dei
genitrix uirgo ſemper maria
intercede pro nobis ad domi
num deum noſtrum hym̄
Virgo dei genitrix quem
totus non capit orbis
in tua ſe clauſit viſcera fit̄s ho
Vera fides geniti. ut s. cap
Sicut cynamomum
et balſamum aroma
tizans odorem dedi quaſi mir


ra electa dedi ſuauitatē odoris.
Deo gratias. ℣ Ecce ancilla do
mini. ℟ Fiat michi ſecundum
verbum tuum. An̄ Cū iocūditate
Nunc dimittis ſeruum
tuum domine ſecūdū
verbum tuum in pace
Quia viderunt oculi mei
ſalutare tuum.
Quod paraſti ante faciem
omnium populorum
Lumen ad reuelationem
gencium et gloriā plebis tue
iſrael. An̄ Cum iocunditate
memoriam beate marie celebre
mus ut ipſa pro nobis intercē
dat ad dominū deum nrm̄. Oro.

Ure igne sancti spiritus re-
nes nostros et cor nrm̄
domine ut tibi casto corpore ser-
uiamus et mundo corde pla-
ceamus. Oratio.

Gratiam tuam quesu-
mus domine mentibꝫ
nostris infunde ut qui angelo
nunciante xpisti filij tui in-
carnationem cognouimus
per passionem eius et crucem
ad resurrectionis gloriam per-
ducamur. Oratio.

Ecclesiam tuā qs domine
benignus illustra ut bea-
ti iohannis apostoli tui et eu-
uangeliste illuminata doctri s̄

ad dona perueniat sempiterna
Per xpristum dominum no
strum amen
Benedicamus domino.
Deo gratias.



Domine labia
mea aperies.
Et os meum
annunciabit

laudem tuam
Deus in adiutorium.
Domine ad adiuvandum
Gloria patri et filio. ymnus
Patris sapiencia veri
tas divina Deus ho
captus est hora matutina.
A suis discipulis cito derelic
tus. A iudeis traditus ven
ditus afflictus. añ Adoramus
te xpiste et benedicimus tibi Quia
per sanctam crucem tuam re
demisti mundum Qui passus
est pro nobis. Domine miserere
nobis. ℣ Domine exaudi ora
tionem meam ℟ Et clamor
meus ad te veniat. Oratio

Domine ihū xpiste fi
li dei viui pone pas
sionem crucem et mortem
tuam inter iudicium tu
um et animam meam
nunc et in hora mortis
mee et semper largiri digne
ris viuis miām et grām
defunctis requiem et ve
niam ecclesie tue pacem et
veram concordiam et no
bis peccatoribus vitam et
gloriam et leticiam sempi
ternam. Qui viuis.
Deus in adiutorium.
Hora prima ductus
est ihesus ad pila

tum. Falsis testimoniis
multum accusatū In collo
percusserunt manibus liga
tum Vultum dei conspu
unt lumen celi gratum.
Adoramus te xpiste. oratio
Domine ihū xpiste
Deus in adiutorium ps
Crucifige clamitant
hora terciarum Illu
sus induitur veste purpu
rarum Caput eius pungi
tur corona spinarum Cru
cem portat humeris ad locū
penarum Adoramus te oro
Domine ihū xpiste.
Deus in adiutorium.

Hora sexta ihūs est cru
ci condampnatus. Atqz
cum latronibus pendens de
putatus. Pre tormentis sici
ens felle saturatus. Agnus
crimen diluit sic ludificatus.
Ad. Domine ihū xpiste
Deus in adiutorium. Ps
Hora nona dominus
Ihesus expirauit hely
hely clamans animam patri
commendauit. Latus eius lan
cea miles perforauit Terra
tunc tremuit et sol obscura
uit Adoramus te xpe. Oro.
Domine ihū xpiste
Deus in adiutorium

De cruce deponitur ho
ra vespertina. Fortitu
do latuit in mente diuina
Talem mortem subyt uite
medicina. Heu corona glie
iacuit supina. Adoramus.
Domine ihu xpiste
Conuerte nos deus salut
Hora completorij da
tur sepulture corp9
xpi nobile spes vite future.
Conditur aromate comple
tur scripture. Jugis sit memo
ria mors hec michi cure.
Has horas canonicas cu
deuotione Xpe tibi recolo
pia ratione. Ut qui me pas

ſus eſt amoris ardore. Sis
michi ſolacium in mortis
agone. Adoramus te xpe. Oro
Domine ihu xpiſte.



Domine labia
mea aperies
Et os meum
annunciabit

laudem tuam
Deus in adiutorium
Domine ad adiuuandū
Nobis sancti spūs grā
sit data. De qua uirgo uirgi
num fuit obumbrata Cum
per sanctum angelum fuit
salutata Verbum caro fac
tum est uirgo fecundata.
Aň. Veni sancte spūs reple tuor
corda fidelium et tui amoris
in eis ignem accende. V Emit
te spiritum tuū et creabuntur
R Et renouabis faciē tēr. Orō.
Omnipotens sempiterne
deus da nobis illam
sancti spūs gratiam qua

discipulis tuis in die scto pe
thecostes transmisisti per.
Deus in adiutorium
De virgine maria xps
fuit natus Crucifi
xus mortuus atq tumu
latus. Resurgens discipu
lis fuit demonstratus Et
ipsis cernantibus celis ele
uatus. Veni sancte. Oratio
Omnipotens sempiterne
Deus in adiutorium.
Spiritum sanctum spin
deus delegauit In die
sancto penthecostes ipsos con
fortauit Et de linguis igne
is ipsos inflammauit Reli

quere orphanos eos denegavit
Deus. Omnipotens
Deus in adiutorium. R.
Septiformam gratiam
tunc acceptaverunt.
Quare ydiomata cuncta co
gnoverunt Ad diversa clima
ta mundi recesserunt Et fi
dem catholicam tunc predica
verunt Deum sancte. Oratio
Omnipotens sempiterne. O
Deus in adiutorium. R.
Spiritus paraclitus fuit
appellatus Donum
dei caritas fons vivificatus.
Spiritalis unctio ignis in
flammatus Septiformis

68

gratia cariſima vocatus. Deum
Omnipotens ſempiterne
Deus in adiutorium. R
Dextre dei digitus virt'
ſpiritalis Nos deffen
dat curat ab omnib; malis
Ut nobis non noceat demō
infernalis Sed protegat fo
neat nutriat ſub alis Deu
Omnipotens ſempitne
Converte nos deus ſalut'
ſpiritus paraclitus
Nos velit iuvare Celes
tius nos regere et illuiare
Ut cum deus venerit oīs
iudicare Nos velit ad dexte
ram ſuam appellare

Has horas canonicas cum
deuotione. Tibi sancte spūs
pia ratione. Dixi ut nos visi
tes inspiratione Et viua
mus iugiter celi regione.
Ueni sancte. Oratio.
Omnipotens sempiterne



Domine ne in fu
rore tuo arguas
me neqꝫ in ira
tua corripias me

Miserere mei domine quoniam
infirmus sum sana me do
mine quoniam conturbata sunt
omnia ossa mea
Et aīa mea turbata est
valde sed tu dnē usqȝquo
Conuertere domine et eri
pe animam meam saluum
me fac propter miām tuā
Quoniam non est in morte qui
memor sit tui in īferno au
tem quis confitebitur tibi
Laboraui in gemitu meo
lauabo per singulas noctes
lectum meum lacrimis me
is stratum meum rigabo.
Turbatus est a furore ocu

lus meus i uetteraui inter om
nes inimicos meos.
Discedite a me os qui opera
mini iniquitatem qm exau
diuit dominus vocem flet' mei
Exaudiuit dns deprecacio
nem meam dns orationem
meam suscepit
Erubescant et conturbentur
vehementer omnes inimici
mei couertantur et erubescat
valde velociter.
Gloria patri et filio. ps. DD.
Beati quorum remisse
sunt iniquitates et quorum
tecta sunt peccata
Beatus uir cui nō impu

tauit dominus peccatum nec
eſt in ſpiritu eius dolus.
Qm̃ tacui ĩueterauerũt
oſſa mea dum clamarẽ tota
die. Qm̃ die ac nocte grauata
eſt ſuper me manus tua cõ
uerſus ſum ĩ erũpna mea
dum configitur ſpina.
Delictũ meũ cognitũ tibi
feci et iniuſticiã meã nõ abſcõdi
Dixi confitebor aduerſum
me iniuſticiã meã domino
et tu remiſiſti ĩpietatem
peccati mei
Pro hac orabit ad te omnis
ſanctus ĩ tpe oportuno
Verumptamẽ in diluuio

aquarum multarum ad eū
non approximabunt
Tu es refugium meum
a tribulacione que circūdedit
me exultacio mea erue me
a circumdantibus me
Intellectum tibi dabo et ī
struam te ī uia hac gradieris
firmabo super te oculos meos
Nolite fieri sicut equus et
mulus quibus nō ē ītellect⁹
In chamo et freno maxil
las eorum constringe qui
non approximant ad te
Multa flagella peccatoris
sperantem autem in dnō
miā circumdabit.

Letamini in domino et
exaltate iuſti et gloriamini
omnes recti corde.
Gloria patri psalmus dd
Domine ne in furore
tuo arguas me neqꝫ
in ira tua corripias me
Quoniam ſagitte tue infixe ſt
michi et confirmaſti ſuper
me manum tuam
Non eſt ſanitas ī carne
mea a facie ire tue nō eſt
pax oſſibus meis a facie
peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates mee ſup
greſſe ſunt caput meum et
ſicut honus graue grauate

sunt super me
Putruerunt et corrupte sunt
cicatrices mee a facie insipien
tie mee
Miser factus sum et curuatus
sum usque in finem tota die con
tristatus ingrediebar
Quoniam lumbi mei impleti sunt
illusionibus et non est sani
tas in carne mea
Afflictus sum et humiliatus
sum nimis rugiebam a gemi
tu cordis mei
Domine ante te omne desiderium
meum et gemitus meus a
te non est absconditus
Cor meum conturbatum

est in me dereliquit me virt⁹
mea et lumen oculorũ meorũ
et ipsum non est mecum
Amici mei et proximi mei
aduersum me appropinqua
uerunt et steterunt
Et qui iuxta me erant de lõ
ge steterunt et vim faciebant
qui querebant animã meam
Et qui inquirebant mala
michi loquuti sunt vanitates ⁊
dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanq̃ surdus
non audiebam et sicut mutus
non aperiens os suum
Et factus sum sic hõ nõ au
diens et nõ habens in ore suo

redarguciones.
Quoniam in te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus.
Quia dixi nequando supergaudeant michi inimici mei: et dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo: et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuunt et confirmati sunt su

me multiplicati ſunt qui
oderunt me inique
Qui retribuunt mala pro
bonis detrahebant michi
qui ſequebar bonitatem
Ne derelinquas me dñe
deus meus ne diceſſeris a
me. Intende in adiutoriū
meum domine deus ſalu
tis mee. Pſalmus dauid.
Miſerere mei deus ſcdꝫ
magnam miaꝫ tuā
Et ſcdm̄ multitudinem
miſeracionum tuarum
dele iniquitatem meam.
Amplius laua me domi
ne ab iniquitate mea et a

peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego
cognosco et peccatum meum
contra me est semper.
Tibi soli peccavi et malum
coram te feci ut iustificeris in
sermonibus tuis et vincas
cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus
conceptus sum et in peccatis
concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexi
sti incerta et occulta sapientie
tue manifestasti michi.
Asperges me domine ysopo et
mundabor lavabis me et super
nivem dealbabor.

Audi tui meo dabis gaudi
um et leticiam exultabunt
ossa humiliata
Averte faciem tuā a peccatis
meis et omnes iniquitates me
as dele
Cor mundum crea in me deus
et spiritum rectum innova in visce
ribus meis
Ne proicias me a facie tua
et spiritum sanctum tuum ne auferas
a me.
Redde michi leticiā salutaris tui
et spiritu principali confirma me
Docebo iniquos vias tuas
et impii ad te convertantur
Libera me de sanguinibus

deus deus salutis mee et exal
tabit lingua mea iusticiã
tuam.
Domine labia mea aperi
es et os meum annuncia
bit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrifici
um dedissem utiqz holocau
stis non delectaberis.
Sacrificium deo spũs con
tribulatus cor contrictũ et
humiliatum deus nõ despicies.
Benigne fac dñe ĩ bona
voluntate tua syon ut edifi
centur muri iherusalem.
Tunc acceptabis sacrifici
um iusticie oblaciones et

holocausta tunc imponent
super altare tuum uitulos
Domine exaudi orõne
meam et clamor me
us ad te veniat
Non auertas facie tuam
a me inquacumq; die tribulor
inclina ad me aurẽ tuam
Inquacumq; die inuocauero
te uelociter exaudi me
Quia deffecerũt sicut fumus
dies mei et ossa mea sicut
cremiũ aruerunt
Percussus sum ut fenũ et
aruit cor meũ quia oblitus
sum cõmedere panẽ meũ.
A uoce gemitus mei ad

hesit os meū carni mee
Similis factus sū pellicano
solitudinis factus sum sicut
nicticorax in domicilio
Vigilaui et factus sum sic
passer solitarius ī tecto
Tota die exprobrabant mi
inimici mei et qui laudabant
me aduersum me iurabant
Quia cinerem tanq̄ panē
manducabam et potū meū
cū fletu miscebam
A facie ire ī dignacionis
tue quia eleuās allisisti me
Dies mei sic̄ umbra declina
uerunt et ego sicut fenū arui
Tu autem dn̄e ī eternum

per manes et memoriale tuu
in generatione et generatione
Tu exurgens dne misereberis
sion quia tempus misere
rendi eius quia venit tempus
Qm placuerunt servis
tuis lapides eius et terre eius
miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen
tuum dne et omnes reges
terre gloriam tuam
Quia edificavit dominus
sion et videbitur i glia sua
Respexit i oronem humiliu
et non sprevit precem eoru
Scribantur hec i generacione
altera et populus qui crea

bitur laudabit dominum
Quia proſpexit de excelſo
ſancto ſuo dominus de cœlo
in terram aſpexit
Ut audiret gemitus com
pitorum ut ſolueret filios
interemptorum
Ut annuncient in ſyon
nomen dñi et laudem eius
in iheruſalem
In conueniendo populos
in vnum et reges ut ſerui
ent domino.
Reſpondit ei in via vir
tutis ſue paucitatem dierꝫ
meorum nuncia michi
Ne reuoces me ī dimidio.

dierum meorum i genera
tione et generacio; anni tui
Initio tu dn̄e terram fu
dasti et opera manuū tua
rum sunt celi
Ipsi peribūt tu autem per
manes et om̄s sicut vesti
mentum veterascent
Et sicut opertorium muta
bis eos et mutabūtur tu
autem idē ipse est et anni tui
non deficient
Filii servorum tuorū ha
bitabunt et semē eorum i
seculum dirigetur. ps dd
De profundis clama
vi ad te domine dn̄e

exaudi vocem meam.
Fiant aures tue i[n]tendentes i[n] vocem deprecacionis mee
Si iniquitates observaveris domine domine quis sustinebit
Quia apud te propiciacio est et propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea i[n] verbo eius speravit a[n]i[m]a mea in domino.
A custodia matutina usq[ue] ad noctem speret isr[ae]l i[n] do[mino]
Quia apud d[omi]n[u]m mi[sericordi]a et copiosa apud eu[m] redempcio
Et ipse redimet israel ex omnibus iniquitatib[us] eius

Domine exaudi orationem
meam auribus perci
pe obsecrationem meam et
in veritate tua exaudi me in
tua iusticia.

Et non intres in iudicium
cum servo tuo quia non iu
stificabitur in conspectu tuo
omnis vivens.

Quia persequutus est ini
micus animam meam humili
avit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris
sicut mortuos seculi et anxia
tus est super me spiritus meus
in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum.

meditatus sum in omnibus
operibus tuis et in factis
manuū tuarum meditabar
Expandi manus meas ad
te anima mea sicut terra si
ne aqua tibi
Velociter exaudi me dne
defecit spiritus meus
Non auertas faciem tuā
a me et similis ero descende
tibus in lacum
Auditam fac michi ma
ne miam tuam q: ī te spaui
Notam fac michi viam ī
qua ambulē quia ad te le
uaui animam meam
Eripe me de inimicis me

is domine ad te confugi doce
me facere voluntatem tuam
quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet
me in terram rectam propter
nomen tuum domine vivificabis
me in equitate tua.
Educes de tribulacione ani
mam meam et in misericordia tua dis
perdes omnes inimicos meos
Et perdes omnes qui tribu
lant animam meam quoniam ego
servus tuus sum.
Gloria patri. an. Ne reminis
caris domine delicta nostra vel paren
tum nostrorum neque vindictam
sumas de peccatis nostris parce

Domine parce populo tuo quem
redemisti precioso sanguine tuo
ne in eternum irascaris nobis.
Kyrieleyson
Xpisteleyson
Kyrieleyson.
Xpiste audi nos
Pater de celis deus miserere
nobis
Fili redemptor mundi de
us miserere nobis
Sps sctē deus miserere nobis
Sctā trinitas unus deus.
miserere nobis.
Sancta maria ora p̄ nobis
Sancta dei genitrix. or
Sctā virgo virginum. or

Sancte michael or
Sancte gabriel or
Sancte raphael or
Omnes sancti ãgeli et archan
geli dei orate pro nobis
Scte iohes baptista or
Os scti patriarche et pphe orate
Sancte petre or
Sancte paule or
Sancte andrea or
Sancte iacobe or
Sancte iohes or
Sancte thoma or
Sancte philippe or
Sancte bartholomee or
Sancte mathee or
Sancte symon or

Sancte iuda or
Omnes sc̄ti apl̄i et euā or te
Omnes sc̄ti discipuli dn̄i or
Omnes sc̄ti innocentes or
Sancte stephane or
Sancte victor or
Sancte laurenti or
Sancte vincenti or
Sancte fabiane or
Sancte sebastiane or
Sancte geruasi or
Sancte prothasi or
Sancte georgi or
Omnes sc̄ti martires or te
Sancte siluester or
Sancte hylari or
Sancte martine or

Sancte augustine or
Sancte gregori or
Sancte nicholae or
Sancte marcelle or
Sancte germane or
Sancte benedicte or
Sancte eligi or
Sancte maglori or
Omnes sancti cõfessores or
Sctã m̃ magdalene or
Sctã genoueffa or
Sancta felicitas or
Sancta perpetua or
Sancta agatha or
Sancta lucia or
Sancta barbara or
Sancta marguareta or

Sancta katherina or
Sancta fides or
Sancta spes or
Sancta caritas or
Omnes sancte uirgines or
Omnes sancti et sancte or
Propicius esto parce no
bis domine
Ab omni malo libera nos
domine.
Ab insidiis dyaboli l
A dampnatione perpetua l
A spũ fornicationis l
Ab appetitu inanis glorie l
A cecitate cordis l
A fulgure et tempestate l
A subitanea et ĩprouisa mor

te. Per misterium sancte in
carnationis tue. R.
Per passionem et crucem
tuam. R.
Per gloriosam resurrectionē
tuam. R.
Per admirabilem ascensio
nem tuam. R.
Per spiritꝰ paraclitum. R.
In die iudicii. R.
Peccatores te rogamus audi
nos. Ut pacem nobis dones te r.
Ut mia et pietas tua nos cu
stodiat. Te r.
Ut ecclesiam tuam sanctā
et imaculatam regere et def
fensare digneris. Te r.

Ut omnibus benefactoribus
nris sempiterna bona retribu
as. te. Ut fructus terre dare
et conseruare digneris. Te
Ut nos exaudire digneris te
Fili dei ii Te
Agnus dei qui tollis pcta
mundi parce nobis domine
Agnus dei qui tollis pcta
mundi exaudi nos domine
Agnus dei qui tollis pcta
mundi dona nobis pacem.
Kyrieleyson
Xpeleyson
Kyrieleyson Pater nr̄ Et
ne nos Sed libera A porta īferi
Erue dn̄e aīas eorum. Orem⁹

pro cunctis fidelibus deffunctis
Requiem eternā dona eis dnē
Et lux perpetua luceat eis. Requie
scant ī pace amen Dnē exaudi

Deus cui proprium est
misereri semper et par
suscipe deprecacionem nram
ut quos delictorum nos ca
thena constringit miseratio
tue pietatis absoluat Oratio

Inclina domine aurē
tuam ad preces nras
quibus miam tuam suppli
ces deprecamur ut aiam fa
muli tui et aias omī fideliū
quas de hoc seculo migrare
iussisti in pacis ac lucis regio

ne constituas et sanctorum
tuorum iubeas esse consortes.
Fidelium deus omnium
conditor et redemptor
animabus famulorum famu
larum que tuarum remissionem
cunctorum tribue peccatorum
ut indulgenciam quam sep
optauerunt piis supplicatio
nibus consequantur. Qui
viuis et regnas deus per omnia
secula seculorum amen.

Ad vesperas mortuorum.
antiphona. Placebo psalmus.



Dilexi quoniam
exaudiet dñs vo
cem orationis
mee

Quia inclinauit aurem
suam michi et in diebus me
is inuocabo
Circumdederunt me dolo
res mortis et pericula infer
ni inuenerunt me
Tribulationem et dolore͂
inueni et nomē dñi īuocaui
O domine libera animam
meam misericors dominus
et iustus et deus nr̄ miseret͛.
Custodiens paruulos dn̄s
humiliatus sum et liberauit me
Conuertere anima mea
in requiem tuam quia do
minus benefecit tibi
Quia eripuit animam

meam de morte oculos meos a
lacrimis pedes meos a lapsu
Placebo domino in regione
vivorum
Requiem eternam dona eis
domine et lux perpetua luceat
eis. a. Placebo domino in regio
ne vivorum. a. Heu me. ps.
Ad dominum contribu
larer clamavi et exau
divit me
Domine libera animam
meam a labiis iniquis et a
lingua dolosa
Quid detur tibi aut quid
apponatur tibi ad linguam
dolosam.

Sagitte potentis acute cum
carbonibus desolatoriis
Heu michi quia incolat⁹
meus prolongatus est et habi
taui cum habitanti cum habi
tantibus cedar multum in
cola fuit anima mea
Cum hijs qui oderunt pa
cem eram pacificus cum loque
bar illis impugnabant me
gratis. a. Heu me quia incol
latus meus prolongatus e. a.
Leuaui ps. Dominus.
oculos meos i montes
vnde veniet auxilium mi.
Auxilium meum a dnō
qui fecit celum et terram.

Non det in commotionem
pedem tuũ neq; dormitet qui
custodit te
Ecce non dormitabit neq;
dormiet qui custodit israel.
Dominus custodit te dominus
protectio tua super manum
dexteram tuam
Per diem sol non uret te ne-
q; luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni
malo custodiat animam tu-
am dominus.
Dominus custodiat introi-
tum tuum et exitum tuum
ex hoc nunc et usq; in seculum
Requiem. Aña. Dominus custodit

te ab omni malo custodiat anima
tuam dominus a͞ Si iniquit͞ ps
De profundis clamaui ad
te dñe dñe exaudi vocẽ meã
Fiant aures tue i͞tendẽtes
Si iniquitates obserua.
Quia apud te propiciacio.
Sustinuit anima mea.
A custodia matutina
Quia apud dñm mĩa
Et ipse redimet israel
Requiem. a͞ Si iniquitates
obseruaueris domine domine
quis sustinebit an͞ Opera ps
Confitebor tibi domine
in toto corde meo q̃m
audisti verba oris mei

In conspectu angelorum psallam tibi adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo.
Super misericordia tua et ueritate tua quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.
In quacumque die inuocauero te exaudi me multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine omnes reges terre quia audierunt omnia verba oris mei.
Et cantent in uiis domini quoniam magna est gloria domini.
Quoniam excelsus dominus et humilia respicit et alta a lon

ge cognoscet

Si ambulauero i medio tri
bulationis viuificabis me et
super iram inimicorum meorum
extendisti manum tuam et sal
uum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me
Dne mia tua i seculum opa
manuum tuarum ne despici
as. Requiem. Aña. Opera ma
nuum tuarum ne despicias. Ma

Magnificat anima mea
dominum

Et exultauit spiritus meus
Quia respexit humilitatem
Quia fecit michi magna
Et mia eius. a progenie.

in progenies timentibus eum
Fecit potenciam in brachio
Deposuit potentes de sede
Esurientes impleuit
Suscepit israel puerum
Sicut locutus est ad
Requiem. A. Qui lazarum
resuscitasti a monumento fetidum
tu eis dne dona requiem et locum
indulgentie. Pater nr. Et ne
nos. Sed libera. V. In memoria eter-
na erunt iusti. R. Ab audicione
mala nō timebunt. A porta inferi
Erue domine animas eorum
Credo videre bona domini in terra
Lauda aīa viuencium
mea dnm laudabo deu

meum in uita mea psallā
deo meo q̄ diu fuero
Nolite confidere ī principibꝫ
nec ī filiis hominum ī qui
bus non est salus
Exibit sp̄s eius et reuertet[ur]
in terram suam in illa die
peribunt om̄s cogitaciones
eorum
Beatus cuius deus iacob
adiutor eius sp̄s eius ī dn̄o
deo ipsius qui fecit celum ⁊
terram mare et om̄ia que ī
eis sunt
Qui custodit ueritatem in
seculum facit iudicium iniu
riam pacientibꝫ dat escam

Dominus ſoluit compedi
tos dominus illuminat cecos
Dominus erigit elyſos: do
minus diligit iuſtos.
Dominus cuſtodit aduenas
pupillum et viduā ſuſcipiet
et vias peccatorum diſperdet
Regnabit in ſclā deus tuus
ſyon in generatione et genera
tionem. ℣ Requieſcant ī pace ℟
amen. ℣ Domine exaudi. Et
Inclina domine aurem
tuam ad preces noſtras
quibz miām tuam ſupplices
deprecamur ut animam fa
muli tui et aīās om̄i fidelm̄
deffunctorum quas de hoc ſe

culo migrare iuſſiſti in pacis
ac lucis regione conſtituas et
ſanctorum tuorum iubeas eſ
ſe conſortes. Oratio
Deus venie largitor et hu
mane ſalutis amator
qs clemenciam tuam ut nre
congregationis fres ſorores
amicos parentes et bnfactores
noſtros qui ex hoc ſeculo tranſi
erunt beata maria ſemper vir
gine intercedente cu omnibus
ſanctis ad perpetue beatitudis
conſorcium pervenire concedas
Fidelium deus omnium con
ditor et redemptor anim
marum famulor. A. Dirige

Verba mea auribus p
ercipe domine intellige
clamorem meum
Intende voci orationis mee
rex meus et deus meus
Qm̃ ad te orabo domine ma
ne exaudies vocem meam
Mane astabo tibi et videbo
qm non deus volens iniquita
tem tu es
Neqꝫ habitabit iuxta te ma
lignus neqꝫ permanebunt
iniusti ante oculos tuos
Odisti omnes qui operan
tur iniquitatem perdes oīs
qui loquuntur mendacium
Virum sanguinum et do

losum abhominabitur dns
ego autem ĩ multitudine
misericordie tue
Introibo in domum tuã
adorabo ad templum sctm̃
tuum ĩ timore tuo
Domine deduc me ĩ iusti
cia tua propter inimicos
meos dirige domine deus me
us ĩ conspectu tuo uiam meã
Quoniã non est in ore eorum
ueritas cor eorũ uanum est
Sepulcrũ pates est guttur
eorum linguis suis dolose
agebant iudica illos deus.
Decidant a cogitacionibz
suis scdm̃ multitudinem

impietatũ eorũ expelle eos:
qui irritauerunt te domine
Et letentur omnes qui spe
rant in te in eternum exulta
bunt et habitabis in eis
Et gloriabuntur in te oms
qui diligunt nomen tuum
qm tu benedices iusto.
Domine ut scuto bone volu
tatis tue coronasti nos.
Requiem. a. Dirige domine
deus meus i conspectu tuo viam
meam. an Conuertere do. ps
Domine ne in furore tuo
arguas me neqz in
ira tua corripias me.
Miserere mei dñe qm in.

Et anima mea turbata.

Convertere domine et

Qui non est in morte

Laboravi in gemitu meo.

Turbatus est a furore

Discedite a me omnes

Exaudivit dominus.

Erubescant et conturbentur.

Requiem. ã̄. Convertere domine et eripe animam meam qui non est in morte qui memor sit tui. an̄. Nequando. ps. d̄.

Domine deus meus in te speravi salvum me fac ex omnibus persequentibus me et libera me

Nequando rapiat ut leo

animam meam dū nō est q̄
redimat neqȝ q̄ saluū faciat.
Domine deus meus si feci
istud si est iniquitas in ma
nibus meis
Si reddidi retribuentibus
michi mala decidam merito
ab inimicis meis inanis
Persequatur inimicus ani
mam meam et comprehendat
et conculcet in terra uitam
meam et gloriam meam ĩ
puluerem deducat
Exurge domine ĩ ira tua ⁊
exaltare in finibȝ ĩimicoꝝ meoꝝ
Et exurge domine deus me
us in precepto quod manda

sti et sinagoga populorum cir
cumdabit te
Et propter hanc in altum re
gredere dns iudicat populos
Iudicabit me sedm iusticiã
meam et sedm innocenciam
meam super me.
Consumetur nequicia pcto
rum et diriges iustum scru
tãs corda et renes deus
Iustum adiutorium meũ
a domino: qui saluos facit rec
tos corde
Deus iudex iustus fortis et
paciens: numquid irascitur
per singulos dies
Nisi conuersi fueritis gla

dium suum vibrauit arcum suum tetendit et parauit illū
Et in eo parauit vasa mortis sagittas suas ardentibus effecit
Ecce parturijt iusticiā concepit dolorem et peperit iniq̄tatē
Lacum aperuit et effodit eū: et incidit in foueam quā fecit
Conuertetur dolor eius in caput eius et in verticē ipsius iniquitas eius descendet.
Confitebor dn̄o secūdū iusticiam eius et psallam nomī dn̄i altissimi.
Requiem. A. Nequando rapiat ut leo animam meā dum

non est qui redimat neqz qui
saluum faciat A porta inferi
Erue domine animas eorum.
Pater noster. Et ne nos. l° p̄

Parce michi domine ni
chil enim sunt dies
mei Quid est homo quia
magnificas eum aut quid
apponis erga eum cor tuum
Uisitas eum diluculo: et subi
to probas illum. Usqz quo
non parcis michi nec dimit
tis me ut glutiam saliuā
meam peccatum. Quid faciā
tibi o custos hominum. Qr̄e
posuisti me contrarium tibi
et factus sum michimet ipsi

graius: Cur non tollis pctm̄
meum et quare nō auffers i
niquitatem meam: Ecce nunc
in puluere dormio et si mane
me quesieris non subsistam
℟. Qui lazarum resuscitasti a
monumento fetidum tu eis do
mine dona requiem et locum
